



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De adulterinis coniugijs. I

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

bent. Sponsi vero possunt sine communi consensu monasterium eligere. Vnde videtur inter sponsum & sponsam coniugium non esse. Ideoq; asserunt à prima fide desponsationis coniuges appellari, non re presentium, sed spe futurorū: quia ex fide, quā ex desponsatione sibi inuicem debent, postea efficiuntur coniuges, præmissas autem auctoritates, quib; asseritur, quod consensus matrimonium facit ita intelligi volunt, vt consensus vel pactio coniugalis non ante coitum faciat matrimonium, sed in coitu. Sicut n. defloratio virginitatis non facit matrimonium, nisi præcedat pactio coniugalis: ita nec pactio coniugalis, antequam absit copula carnalis. Ex pactioe ergo coniugali sponsi & sponsæ fiunt autē coitum: in coitu vero sic efficiuntur coniuges. Facit enim pactio coniugalis, vt quæ prius erat sponsa in coitu fiat coniunx.

Responsio ad prædicta cum determinatione superiorum. I

Hic a. ita respondemus. Fit aliquando desponsatio, vbi est cōpromissio viri & mulieris de cōtrahēdo matrimonio: non est a. ibi consensus de presentī. Est & desponsatio habēs consensus de presentī, i. pactioem coniugalē, quæ sola facit coniugium. In illa ergo desponsatione, vbi est pollicitatio contrahendi matrimonium, sponsi tantum & sponsæ fiunt, non coniuges: & talib; sponsis licet sine cōmuni consensu continentiam profiteri, & monasterium eligere. In ea vero desponsatione, vbi est consensus de presentī, cōiugium contrahitur: & ab illius desponsationis prima fide veri coniuges appellantur. Secundū hanc distinctionem desponsationis, desponsis variè loquuntur Dd.

Quomodo accipiatur sponsa in subditis capitulis. II

Aliquando enim sponsas vocant, quæ talem habuerunt desponsationē, vbi fuit pactio coniugalis de presentī, & illæ veræ cōiuges sunt. Vnde Greg. Si quis vxorē desponsauerit vel subarrauerit, quāquam

quam